EMBLEMA CXLIV.

Ambitio cæca, & periculoſa.



CXLIIII.

Minor eſt laus iſta periclo.

Non omne id ſapiens, quod plebs miratur, habẽdũ eſt;
Æquis iudicij lancibus illa caret.
Prodigus, en, vitæ ſtat ſummo in acumine turris,
Fixus in exiguo vix pede vtroque globo:
In quamcunque oculos partem circumferat orbis,
Nil præter mortis certa pericla videt;
Aëre ſtat vacuo; & cœlo ſublimis aperto
Exponit rapidis libera membra notis,
Nulla tenent loris firmatum vincula corpus,
Et capitis nullus roborat vmbo rotam;
Quin tribus eſt palmis totum vix latius iſtud,
Quod ſpatium plantis præſtat vtriſque locum:

Supra